ACTA
QUÆDAM,
TOLERANTIAM
RELIGIONIS
DISSIDENTIUM
IN XIII. OPPIDIS
CAPITANEATUS SCEPUSIENSIS
ILLUSTRANTIA.

VARSAVIÆ
Anno 1760. Menſe Auguſto.

PUNCTA PRÆCIPUA,

Manifestationis & Remanifestationis, *die* 14. *Augústi* 1759. & 5. *Febr:* 1760. *in Judiciis Castrensibus Sandecensibus*, *nomine & iussu*

CONSISTORII SCEPUSIENSIS FACTARUM

Cum Responsis ad Pacta, in dictis Manifestationibus contenta.

PUNCTA.

PRIMUM.

PEr omne illud tempus, quo *Serenissima Poloniae Regina*, Scepusiensem Capitaneatum possedit, Dissidentium Ministri, in XIII. dicti Capitaneatus Oppidis, locum fixum & tutum non habebant, & per decem fere annos, nullus eorum ibi fuit inventus. Nostro vero tempore, dicti modo Ministri, non tantum denuo sunt introducti, sed & in opprimenda Sancta Nostra Religione, Nostrisque Sacerdotibus, eousque fuit progressum, ut oppidi *Beelae* incolæ, non erubuerint, anno superiori duos Nostræ Religionis Sacerdotes, verberibus percussos, carceribus includere. Duo quoque Dissidentium Ministri, unus *Menhardi-Villam*, alter vero *Rusquinium* denuo sunt introducti, unde, vivente *Serenissima Poloniae Regina*, erant remoti & dimissi.

RESPONSA.

AD PRIMUM.

VErum quidem est, illo tempore, quo *Serenissima Poloniae Regina*, Scepusiensem Capitaneatum tenuerit, Ministrorum Dissidentium introductionem fuisse impeditam. Acatholici vero, quorum numerus decem millia excurrit, jam tunc temporis, tali interdicto non contenti, murmurare inceperunt, eoque majori jure, quia per longum temporis spatium, dictorum XIII. Oppidorum incolis licitum fuit, Oratoria sua suosque habere Sacerdotes. (*a*) Licet enim Princeps *Lubomirius*, Supremus Regni Poloniæ Mareschalcus & Scepusiensis Capitaneus, superiori seculo, forsan propria authoritate, Dissidentium Templa occupasset, in Ministrorumque locum Sacerdotes Catholicos substituisset, (*b*) illis tamen Oratoria publica, Sacerdotesque permisit. (*c*) Ex hoc igitur apparet, eos jam per seculum fere integrum in horum Oratoriorum pacifica fuisse possessione, & tunc demum, cum *Illustrissimus & Reverendissimus Tinniniensis Episcopus*, JOSEPHUS CAROLUS ZBISKO, Consistorii Scepusiensis Officialis factus est, cœperunt XIII. Oppidorum Dissidentes vexari, at-

 que

(*a*) Vid: Docum: Lit: A. B. D. E. & J.
(*b*) Vid: Docum: Lit: A. & C.
(*c*) Vid: Docum: Lit: B.

que molestari, cum tamen iisdem, qui in Hungaria degant, ejusdemque sint Diœcesis, quique Oratoria ad Ecclesiarum formam habeant exstructa, non idem accidat.

Omni quoque caret veritate, quod *Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Capitaneus* modernus, Dissidentium Ministros in unum dictorum XIII. Oppidorum introduxerit, aut eorum usum permiserit in locis, ubi pristinis temporibus nullus fuit. Quod vero duos istos Ministros *Menhardi-Villam* & *Rusquinium* recens introductos attinet, sciendum est, eos minime vel remotos vel dimissos fuisse, sed ibi, sicut omnibus est cognitum, tranquilla morte obiisse. Haud ignoramus quidem, *Serenissimam Poloniae Reginam*, ob certas, quas habuit rationes, aliorum Ministrorum in eorum locum substitutionem permittere noluisse, & hanc ob causam dictorum oppidorum Oratoria occlusisse.

Quia vero nulla exstat lex, quæ incolis liberum Religionis exercitium, quo per tam longum temporis spatium sunt gavisi, interdicit, *Illustrissimus atque Excellentissimus Dominus Capitaneus*, in demortuorum locum, alios quoque, & hoc optimo jure, substituere potuit.

Probari quoque non potest, *Illustrissimum atque Excellentissimum Dominum Capitaneum*, ad Catholicorum oppressionem connivere, eorumque ruinam quærere; contrarium enim ex hoc patet, quod dictus modo *Illustrissimus* atque *Excellentissimus Dominus Capitaneus*, qui totam illustrem suam familiam in Orthodoxa religione Catholica educari jussit, ante tempus non ita longum, supra memorati Consistorii instantia & precibus, ad Ecclesiam *Kirchdorffiensem* reparandam, quæ Capitulo Scepusiensi est vicina, non tantum 400.

Impe-

Imperiales exsolvit, sed & porro ad reædificandam turrim Ecclesiæ Patrum Scholarum Piarum *Podolinensium* 1500. Imperiales dedit, & nuperrime quoque duo adhuc millia Imperialium, ad sublevandos pauperes Catholicos, in Oppido *Gnesensi* habitantes, liberalissime erogavit. Multa adhuc alia beneficia amorisque pignora, ab eo illis exhibita, modestiæ causa, silentio prætermittimus.

Quod vero duos hos Sacerdotes, verberibus, sicut prætendunt, percussos atque incarceratos attinet, mirari satis non possumus, Consistorium Scepusiense, sancto Sacerdotis titulo, duos vagabundos ornare, qui, perambulando XIII. Oppida, duos Societatis JESU socios, *Portugallia* expulsos, ubique falso se dixerunt. Cum tandem & Beelam venirent, ingressi Judicis domum, neminem ibi invenerunt, quam ejus uxorem, religione Catholicam, filiamque uterum ferentem, stipe vero ab eis accepta, non contenti, gratiarum actione loco, has pauperes misere verberibus tractant, Judex domum redux, hac re audita, carceri eos includi jussit, tandem vero Pro-Parocho Patrum Scholarum Piarum tradit, ea tamen conditione, ut de eorum personis respondeat.

2do.

ROmani Catholici omnibus fere dignitatibus publicis sunt abrogati, in eorumque locum Acatholici, substituti. Quod vero ad Electionem Comitis, vulgo *Graff*, spectat, concedimus, eam ab *Illustrissimo atque Excellentissimo Domino Capitaneo* pendere, ut & Judicum electio.

Ad *2dum.*

TRedecim Oppidorum Comes, vulgo *Graff* dictus, ut & Judices, in materia Religionis nihil decernere possunt. Hanc ob causam ad hæc munia obeunda tales eliguntur viri, qui nomen probi & justi meruerunt, Patriæ jurium atque legum peritissimi, quique omnium amorem sibi conciliarunt, nullo habito religionis respectu. Quælibet autem religio justitiæ leges præscribit, sicut exempla populorum, Sacro fonte non ablutorum, edocent.

 Falsum

Falsum quoque est, omnes Catholicos a primariis dignitatibus atque XIII. Oppidorum Magistratibus esse remotos. Judices enim Oppidorum *Kirchdorff* & *Wallendorff* hanc profitentur Religionem, ut & subiudex *Leibicensis*, multique alii, quos *Jllustrisſimus* atque *Excellentisſimus Dominus Capitaneus* literis commendatitiis, in eorum favorem scriptis, in officio retentos esse voluit.

Ad hæc Generosus quoque *Turzynski*, *Jllustrisſimi* atque *Excellentisſimi Domini Capitanei*, Plenipotentiarius, qui semper ibi commoratur, & vivente adhuc *Serenisſima Poloniae Regina*, eodem munere fungens, magnum sibi ibi jam paraverat nomen, non tantum Religione est Catholicus, sed gente quoque Polonus, antiqua & nobili familia ortus, ad tractandas res aptissimus, juriumque Provinciæ æque ac Patriæ peritissimus.

Tandem, quod plurimum, Consistorium Scepusiense & ipsum Provinciæ usum, sex seculis receptum, ignorare videtur. *Comitis* enim Electio minime a Capitaneis pendet, sed judicibus aliisque XIII. Oppidorum Magistratibus permittitur, qui plerumque bonæ famæ virum, magnaque rerum experientia insignem, ad hoc eligunt munus. Idemque Consistorium nunquam probare poterit, hocce munus tantum Religione Catholicis, minime vero Dissidentibus, esse committendum, exempla enim & Documenta adjecta (*a*) contrarium docent. *Joannes* enim *Sontag*, atque *Ludovicus Grinblath*, quorum prior anno 1715. alter vero 1746. defuncti, ambo Augustanæ Religioni erant addicti.

Tobias quoque *Jony*, qui in ultimi locum fuit electus, eiusdem erat religionis. Negare quidem non possumus, eum ab Magnifico *Moszczeński*, tunc temporis Capitaneatus Scepusi-

promovendo non Nobis quidquam vel utilitati Noſtræ conſulentis, operam dedimus, ſed ſaluti æternæ tot animarum ſtudentes, de quibus æterno Iudici arctam rationem reddituros, Nos non ambigimus. Manifeſtamur idcirco coram Deo, Eccleſia Sancta, Vniverſoque orbe, Nos omnia poſſibilia & licita media hac in causa redintegrandæ veræ fidei admoviſſe, egiſſeque, & fortaſſis etiam cum aliqua iactura boni affectus, apud vicinos in Regno Hungariæ Dominos, Amicos, imo Conſanguineos Noſtros chariſſimos, ab atavis avisque Noſtris non minus antiqua recordatione, quam & præſenti obſervantia ſemper indisiunctos. Nunc vero, cum iam ſupplicatum Nobis ſit ab Oppidanis Noſtris, de certoque expoſitum, maiorem adhuc incolarum numerum inveniri, qui Religionis Catholicæ fidem hucusque non ſunt profeſſi, cumque aliunde ſciamus, quod nimirum eam ob cauſam fidei gravatos ſe eſſe Populi Noſtri, dum inter ſe ſiniſtre conquerantur. Idcirco Nos, ne Populi noſtri liberum ad Cœleſtia animum magis cogere renitentem, quam benevolum ducere a male interpretantibus arguamur, vel aliqua inde in turbulento & afflicto ſatis Hungariæ Reipublicæ ſtatu (cui vnice & Paternè compatimur) diſcordiarum odiique inter Populos ansa a Nobis quaſi cauſantibus exoriatur, concedimus cuique Civium in XIII. Oppidis commoranti, tam incolis, quam advenis, tam Magiſtratibus, quam Populis, aut quibusvis aliis degentibus veram, non impediendam, vel ſimulandam ullatenus, Religionis libertatem, ita, ut quisque libere credat & ſentiat ſecundum datam & conceſſam ſibi ab Omnipotenti DEO gratiam & illuminationem. Pœnas qualescunque & ſcripta in materia Religionis hucusque ex Cancellaria Noſtra edita pro irritis ac invalidis declaramus. Ad Magiſtratus vero utriusque fidei Incolas, dum modo virtute & rerum gerendarum capacitate valeant, pariter admittimus. Promittimusque, Nos neminem Civium Noſtrorum in futura etiam tempora, usque ad totalem a DEO illuminationem, Religionis causa, vel per Nos, vel per Locumtenentes Noſtros iudicaturos, ita ut quilibet Incolarum Scepuſienſium nativæ Religionis ſuæ lumen, libere ac ſine metu profiteri valeat. Si autem quiscunque ex Civibus vel Magiſtratibus pro Religione perſequi vel citare, aut quomodocunque inquietare præſumſerit, ſuper talem, tanquam ſuper violatorem ſecuritatis publicæ irremisſibiles pœnas decernemus. Sed tunc libentius veram a DEO illuminationem cordibus quæſituros. Has autem Literas Noſtras in Oppidis noſtris quantocius publicandas, prudentibus & circumſpectis Iudicibus demandamus. Quod cedat ad maiorem DEI Omnipotentis gloriam, faciliorem, dum DEUS inſpirare voluerit, converſionem Civium, Regni Hungariæ priſtinam tranquillitatem, vetuſtam & inalterabilem cum Regno Poloniæ amicitiam, XIII. Oppidorum ſecuritatem, quietem, felicitatem, in Nos ſubditorum Noſtrorum verum filialemque amorem, quod apprecamur, & volumus. Dabantur in Arce noſtra *Iazdoviensi* ad *Varſaviam*, diè 29 Decembris Anno Domini 1682.

C

Lit:

Lit: B.

Aliud, Eiusdem Principis, Rescriptum, quo Gubernatori dicti Capitaneatus, iniungit, ut Dissidentibus certas domus pro Oratoriis assignet, eisque Religionis exercitium, ut & cantus & Campanorum usum in sepulturis permittat.

STANISLAVS HERACLIVS *S. R. J. Princeps* LUBOMIRSKI *Comes in* Wisnicz *&* Jarosław, *Supremus Regni Poloniæ Mareschalcus, Scepusiensis Capitaneus.*

UNiversis & singulis, præsertim vero, Magnifico, Arcis nostræ *Lublovienſis*, Gubernatori, nec non Prudentibus ac Circumspectis, Comiti ac Iudicibus XIII. Oppidorum nostrorum Scepusiensium, Incolis & inhabitatoribus ad notitiam deducimus. Quod, cum manifestum sit, quod sua Sacra Regiaque Maiestas incolis Regni Hungariæ, Augustanæ & Helveticæ Religioni addictis, virtute publicarum Regni Constitutionum non tantum liberum eorundem exercitium Religionis, verum etiam in complurimis Regni locis, private in Comitatu Scepusiensi, Templa, Scholas & Parochias, vel pro exstruendis iisdem loca concesserit. Ideo Nos, ad humillimam Communitatum nostrarum Evangelicarum Augustanæ Confessionis in dictis XIII. Oppidis nostris existentium, supplicationem confirmatis, hic loci quoque certis nostris, in præmisso libero Religionis Augustanæ negotio, Anno 1682. & Anno 1685. extraditis Universalibus, in quolibet prædictorum XIII. Oppidorum nostrorum, certam Domum privatam, pro peragendo per Ministros Confessionis ipsorum, eodem libero exercitio per prædictum Magnificum Gubernatorem nostrum ipsis designandam, ex præcipua Nostra Clementia concedimus, & ad ulteriorem Nostram voluntatem permittimus, firmiter præcipiendo supra dicto Magnifico Gubernatori Nostro, nec non Comiti & Iudicibus, ut, si iidem Augustanæ Confessionis quoque modo ab aliquo impedirentur, ipsos defendat, ne quispiam in præmisso eorum exercitio & concessis domibus privatis turbare eos & inquietare præsumat, sub pœnis tanquam contra violatores publicæ securitatis irremissibilibus, ad Fiscum nostrum decernimus, sperantes tamen in virtute subditorum nostrorum, eos minime hac nostra facilitate abusuros, vel a conversionis via perperam deviaturos, sed tunc libentius veram a DEO illuminationem cordibus quæsituros. Quod vero attinet sepulturam & campanarum usum, siquidem Plebanis Parochiarum nostrarum decimæ ab iisdem dictæ Augustanæ Confessionis minime denegantur, dignum etiam est, ne sepultura cum adhibito cantu campanarum usu careant, salva nihilominus penes nostros permanente hactenus administratis Copula & Baptismate, quæ sibi nullatenus Ministri illorum arrogare debent.

In

In cuius rei Testimonium & firmitatis robur, præsentes manu nostra subscriptas Sigillo communiri mandavimus. Datum in Arce nostra *Iazdoviensi* ad *Varsaviam* die 29. Iulii 1694.

L. S.

STANISLAUS LUBOMIRSKI mp,

Lit: C.

Literæ innotescentiales, Perillustris ac Magnifici Domini Gubernatoris, *in negotio liberi Exercitii Augustanæ Confessionis, ad XIII. Oppidorum Scepusiensium Comitem datæ.*

Generose Domine Comes XIII. Oppidorum Scepusiensium.

SIquidem Domini Incolæ XIII. Oppidorum Scepusiensium Augustanæ Confessionis a *Celsissimo Principe* LUBOMIRSKI, Supremo Regni Poloniæ Mareschalco, liberum Religionis suæ exercitium gratiose obtinuerunt, ita mihi & Dominat. Vræ, Iudicibusque XIII oppidorum iniungit, ut hoc ipsis non tantum concedatur, sed domus quoque privatæ in quolibet oppido pro eodem exercitio eis assignentur. Inhærendo itaque mandato Suæ Celsitudinis, authoritate mea, qua fungor, intimo serio Dominationi Vestræ, ut demandet Dominis Iudicibus XIII. oppidorum, quatenus in quolibet oppido, Dominis Lutheranis assignaretur domus, pro exercitio Religionis illorum in locis talibus, quæ sint sine præiudicio Religionis Nostræ Catholicæ, iuxta mandatum suæ Celsitudinis. In quorum firmius testimonium præsentes manu mea propria subscriptas, Sigillo roborare curavi. Datum in Arce *Lubloviensi* d. 16. Augusti Anno Domini 1694.

(L. S.)

F. Markowski.
G. XIII. Oppidorum.

Lit:

Lit: D.

Rescriptum Principis THEODORI LUBOMIRSKI, *Scepusiensis tunc temporis Capitanei, &c. quo Protestantes dicti Capitaneatus, denuo ad omnia munera officiaque obeunda capaces declarat.*

THEODORUS S. *R. I. Princeps* LUBOMIRSKI, *Comes in* Wisnicz *&* Iaroslaw, *Scepusiensis Capitaneus, Sacræ Cæsareæ Regiæque Maiestatis Generalis Campi Mareschallus Locumtenens & Colonellus.*

VNiversis & singulis, quorum interest, aut interesse poterit, singulariter autem Gubernatori XIII. oppidorum Scepusiensium eorumque Comiti, nunc & in futurum existenti, Iudicibus, tribunis plebis, Assessoribus, communitatibus, particulariter vero centum virorum Collegio, ad electionem Comitis congregari solito, tenore præsentium significamus.

Quod nos, licet quidem ante annos aliquot iustis rationibus ducti, singulari decreto, meros Catholicos ad obeundos Magistratus eligendos destinassemus, tunc tamen, perspecta subditorum nostrorum Augustanæ confessioni addictorum, erga nos illibata fidelitate, & prompta, ad quævis mandata, permoti obedientia, eos quoque pariter omnium Magistratualium officiorum, tam Subiudicum, quam XIII. oppidorum Comitis nomine contentorum, capaces declarandos esse duximus, sicut hisce præsentibus declaramus, dantes & concedentes omnium oppidorum communitatibus libertatem (absque tamen evidenti, quod absit personarum Catholicarum contemptu, si aptæ ad similia invenirentur munia) cuiuscunque ex gremio sui, sine discrimine Religionis, vel Catholici vel Acatholici, iudicis aut Comitis eligendi, dummodo sit fidelis, sobrius, moderatus, minime factiosus & ita compositus, in quo nihil desideretur, quod honestæ vitæ, probis moribus, integritati iudiciorum, immunitati ecclesiarum Catholicarum, quas salvas & illæsas pro principali volumus, præiudicet, quinimo reassumimus ante lata per Nos & Commissarios nostros, vti singulariter *Podolisciana*, decreta, serio demandantes vniversis XIII. oppidorum incolis, vtriusque sexus primariis, ut saltem pro concionibus diebus Dominicis ad Ecclesias Parochiales Catholicas sub pœnis arbitrariis, Fisco nostro & ecclesiis adiudicandis, (nisi legitima causa excuset) compareant. Secundario autem, siquidem nobis constant multi & ausus & abusus in Dominio nostro singulari reprehensione digni, quod multæ proles ex Catholicis parentibus, nescitur qua seductione, in crimen Apostasiæ labuntur, ideo nunc & in futurum existentes Magistratus severe admonemus, vt tales ad suas privatas domus non patiantur admitti, satis superque contenti, quod ipsimet in sua Religione tolerentur, & ex hac ratione accommodantes nos ad ritus in Dominiis Sacræ Cæsareæ Regiæque Maiestatis per Regnum Hungariæ pro hic & nunc vigentes. Circa Matrimonia

in

in dispari cultu contrahenda, hoc fixum perpetuumque habere volumus, vt ſimiles contrahentes circa copulationem Authentica aſſecuratione coram Parocho, vel Vicario loci, ſe obſtringant, non alia fide educandam prolem, præterquam vera Romano-Catholica.

Ad extremum, propter meliorem ordinem, in hoc Dominio noſtro conſtituendum, & quibusvis ſubditorum obviandis damnis, omnia privata, apud Comitem XIII. oppidorum, Iudicum conventicula, congregationes, cæterasque eiusmodi ſimiles evocationes, præterquam reſpective deponendarum intratarum Noſtrarum, vel aliarum proventium (quæ non modicum miſeræ plebi cauſant diſpendium) tollimus, caſſamus & annihilamus, inſuperabundanti etiam providentes ſecuritati conſcientiæ Noſtræ & indemnitati ſubiecti Nobis populi præcipue Mechanicorum, artificum & variorum fabrorum, promittimus, indilate deponendum coram nobis querelam, caſu quo labore manuum ſuarum tam Nobis quam toti aulæ Noſtræ publice vel privatim ſubſervientes in ſolutione debita fraudarentur. In quorum fidem & robur manum Noſtram appoſuimus & Sigillo muniri iuſſimus. Dat. *Iglovia* die 9. Ian: 1728.

L. S. *THEODORUS LUBOMIRSKI* mpp.

Lit: E.

Extractum Decreti Divi Leopoldi de Anno 168
ARTICVLVS XXV.

ET quia propter bonum Pacis, tranquillitatemque Regni publicam, in negotio Religionis quoque ſua Maieſtas benigne reſolvere dignata eſſet; ideo eandem etiam Reſolutionem Articulis Regni Status & Ordines inſerunt.

§.phus *1mus* Ac imprimis quidem cum liberum Religionis exercitium iam antea in anno 1606. vigore Pacificationis *Viennenſis* conceſſum, his motibus, a parte nonnullorum interturbatum fuiſſet. Ideo confirmato hoc loci Articulo Primo, dictæ Pacificationis; idem exercitium omnibus, & vbique per regnum (ſalvo tamen iure Dominorum Terreſtrium) iuxta Articulum Primum Anni 1608. ante Coronationem editum, liberum permittitur.

D §. 2.

§. 2 AC Prædicantibus quoque, & Scholarum Magiſtris, alias vel proſcriptis, vel propter certas Reverſales munia ſuæ Profeſſionis exercere non valentibus; liber in Regnum reditus, liberaque Religionis ſuæ profeſſio, & exercitium (caſſatis eatenus etiam ipſorum Reverſalibus) conceditur.

§. 3. Et nullus Regnicolarum, in libero ſuæ Religionis exercitio à modo inpoſterum quoquo modo turbetur.

§. 4. Sed neque Auguſtanæ & *Helveticæ* Confeſſioni addicti ad ceremonias Confeſſioni ſuæ contrarias, compellantur.

Articvlvs XXVI.

AD hæc: Templa quoque per Auguſtanæ & *Helveticæ* Confesſioni addictos, ædificata, & ritu Catholico necdum reconciliata, per certos Commiſſarios eisdem aſſignanda; in aliis vero locis, iuxta benignam ſuæ Maieſtatis Reſolutionem, loca pro ædificandis Templis, Scholis & Parochiis erigendis, pro commoditate eorundem Auguſtanæ, & *Helveticæ* Confeſſioni addictorum, per eosdem Commiſſarios deſignanda, ordine infra ſcripto, decernuntur.

§.phus 1. Quemadmodum etiam in omnibus Regni Comitatibus, & quidem ſignanter in Comitatu Caſtri ferrei, pro illis, qui Auguſtanam Confeſſionem ſequuntur, in *Demök* et *Nemeslso*, pro *Helveticæ* vero Confeſſionis incolis, in *Felsö-Eör*.

§. 2 In Comitatu Sopronienſi, in Vados-falva & Nemeſker.

§. 3. in Poſoniensi, in Rhète, & Puſzta Fèdèmes.

§. 4. in Nitriensi, in Nitra, Szerdahely, & Straſza penes Vagum.

§. 5. in Barſiensi, in Simonyi & Szelezen.

§. 6. in Zoliensi, in Oſztro-Luca, & Garamſzegh.

§. 7. in Thurocziensi in Neſzpal, & Ivanka-falva.

§. 8. in Liptoviensi, in Hybe & Nagy Palugya.

§. 9. in Arvensi, in Felso Kubiny, & Sztebnye.

§ 10 in Trenschiniensi, in Szulow, & Zay-Vgrocz.

§. 11. in Scepuſiensi in Gerghoe, & Toporcz vel Batiſz falva; non obſtante, quorumvis contradictione, ſunt permiſſa.

§. 12. In aliis vero comitatibus, veluti in Szaladienſi, Veſzprimienſi, Iaurinensi, Comaromiensi, Abauivariensi, Saaroſienſi, Zempliniensi, Vgoczensi, Bereghiensi, Tornensi, Gömöriensi, Borſodiensi, Hontensi, Neogradiensi, Szolnok & Heves, nec non Peſt, Pilis & Sölth unitis, item Szabolczenſi, Vngh, et Szathmariensi, ſiquidem de præſenti eſſent in actuali vsu omnium fere templorum, ibidem habitorum; ideo eadem pro actualibus eorundem poſſeſſoribus vſuanda relicta ſunt.

§. 13. Præterea in confiniis Regni, et quidem in Generalatu contra Caniſam, in Szent grot.

§. 14. in Generalatu Iaurinenſi, in Tihany, Vaſon, Papa, Veſzprim, Iaurini, et Comaromii.

§. 15.

§. 15. in Generalatu Antemontano; Levæ, Carponæ, et Fülekini, in Generalatu Superioris Hungariæ, in Putnok, Onod, Szendrö, Tokai, Kallo, et Szathmar.

§. 16. In liberis vero Civitatibus; vtpote: Posoniensi, Augustanæ Confessioni addictis, liceat ædificare suis sumptibus Templum vnum, in suburbio, in loco, per eosdem Commissarios designando.

§. 17. Civitas porro Soproniensis, maneat in Possessione et exercitio suæ Religionis, quam modo profitetur, nec in hoc turbetur.

§ 18. Ac tandem in liberis et Montanis civitatibus; utpote Trenchiniensi, Modrensi, Cremnitziensi, et Novizoliensi; ac in Superiori Hungaria omnibus ibidem civitatibus similiter loca, pro ædificandis Templis, Scholis, et Parochiis assignanda conceduntur.

§. 19. Templa demum, in quorum actuali possessione iidem Augustanæ et Helveticæ Confessioni addicti, de facto sunt; modo prævio præ manibus eorundem, vna cum Parochiis, et scholis, Proventibusque eorundem, propter bonum pacis, vt nimirum quiete, et pacifice vivant, relinquuntur. Vsu sepulturæ et campanarum, pro Catholicis ibidem degentibus, æque ac ipsis, libero relicto.

§. 20. Interea vero, nec Catholici Ministris Augustanæ et Helveticæ Confessioni addictis, nec vero horum sequaces Plebanis Catholicis, ad mentem Articuli XI. Anni 1647. solvere obligentur.

§. 21. Omnibus porro Magnatibus et Nobilibus in Regno degentibus in arcibus, et solitis residentiis, pro ritu cuiusque Professionis, Oratoria et Sacella ædificare, et dotare liberum sit.

§. 22. Posthac vero nullæ Templorum, Scholarumque et Parochiarum occupationes, vel exercitii turbationes, ab vtrinque sub pœna in Articulo VIII. Vladislai, Decreti VI. expressa, fiant.

§. 23. Per hancque Articularem Concessionem iisdem Augustanæ et Helveticæ Confessioni addictis, vlterior prætensionum suarum via, in futuris Diætis instantias suas promovendi (non obstantibus Cleri, vel aliorum secularium Catholicorum contradictionibus) minime præcludatur.

§. 24. Salvis semper eatenus legibus Regni, Diplomate Regio firmatis.

Lit: F.

Extractum Decreti Eiusdem Imperatoris de Anno 1687.

ARTICVLVS. XXI.

Licet quidem in negotio Religionis, Augustanæ et Helveticæ Confessioni addicti, Articulis XXV. & XXVI. novissimæ diætæ Soproniensis, oppositam iisdem per Reclamationem suam abutentes, ipso facto eorundem

 beneficii

beneficii participes esse desiissent, propter bonum nihilominus Domesticæ unionis, et pacis, internamque Regni tranquillitatem, cum Sua Maiestas Sacratissima ex gratia et clementia Sua præcitatos Articulos adhuc ratos fore benignissime resolvisset, eosdem Status quoque et Ordines ad mentem paternæ resolutionis (Cleri et aliorum secularium Catholicorum contradictione non obstante,) pro renovatis et priori firmitati restitutis censendos, ac si, et in quantum hactenus ineffectuati, vel vero, per aliquos abusus ab vna, aut alia parte, medio tempore introductos violati fuissent, suæ debitæ executioni (et tempore eorundem conditorum articulorum, vel ex post occupatorum aut reoccupatorum impendendæ restaurationi) vt primum demandandos esse statuerunt.

Lit: G

Literæ, nomine Sacratissimae Caesareae Regiæque Hungariae Maiestatis per *Cancellarium Regium Hungarico Aulicum ad* Illustrissimum & Reverendissimum IOSEPHUM CAROLUM ZBISKO, *Episcopum* Tininiensem & *Præpositum* Scepusiensem, in *Negotio Religionis die 12.* Febr. *1760. scriptæ*

Episcopo & Præposito Scepusiensi ZBISKO.

QUerelas, in negotio Religionis, et quoad diversa præiudicia spirituali Iurisdictioni ex parte moderni XIII. Oppidorum Scepusiensium Possessoris, *Domini Comitis Brühl*, tum per Eiusdem negotiorum gestorum *Baronem Gartenberg*, cum et alias prætensive illatas, per *Illustrissimam & Reverendissimam Dominationem Vestram*, iteratis vicibus isthuc perscriptas, *Sacratissimæ Maiestati Suae Cæsareo-Regiæ* per me quoque successiva serie fideliter relatas fuisse, Eadem minime dubitare velit, vbi porro super modo, quo iisdem congrua medela adferri, atque pro futuro debite obviari possit, pro rei gravitate serio deliberatum fuisset, memoratus quoque *Baro Gartenberg* isthic advenit, quocum hac etiam de re multo sermone habito, quandoquidem is, nomine equidem *Principalis Sui*, *Summesatæ Cæsareo Regiæ Maiestati Suæ*, cum expositione specificorum casuum diserte exposuisset, qualiter *prælaudatus Principalis Suus* Communitates in antelatis XIII. Oppidis commorantes, quæ orthodoxam Religionem profitentur, et relative, ad ibidem degentes Acatholicos pusillum Gregem constituunt, hactenus etiam multiplici favore complexus sit, ecclesias pro iisdem suis sumptibus exstrui fecerit, subsidia iisdem præbuerit, earundem egestati alia etiam ratione subvenire studuerit, vtve ab omni iniqua oppressione præserventur, solicitis studiis intentus fuerit, porro Semet solenniter obstrinxisset, quod Systemati, in materia Religionis per complures *Cæsareo Regias* Resolutiones, in *Regno Hungariae* introducto, & stabilito, sese quam exactissime conformare, illudque in repetitis XIII. Oppidis inviolabiliter observandum procurare velit, hoc etiam fine de specificis attacti Religionis Systematis Punctis, plenius, atque ex asse edoceri petiisset,

petiisset, iisdem Punctis, prædicto *Baroni Gartenberg*, cum benigno *Cæsareo Regio* assensu ergo hic copialiter acclusas, Reversales Literas, per me communicatis, spectataque præmissa solenni ipsius assecuratione, spes omnino certior affulget, *Illustrissimam & Reverendissimam Dominationem Vestram*, ulteriorem dehinc querulandi ansam non habituram. Rebus demum prævia ratione instructis & adornatis existentibus, id unum superest, ut Eidem bonam atque mutuam cum sæpe fato *Barone Gartenberg*, fovendam Cointelligentiam, impenso studio commendem, plurima placidis modis, convenienter, atque pro voto pertractari posse, experientia docuit, & interdum eo reflectere oportet, quod rerum, temporumque circumstantiis nonnunquam etiam aliquid sit indulgendum, ac ubi Spiritualis *Archi-Diœcesis Strigoniensis* Iurisdictio non controvertitur, ubi prona Regiis Resolutionibus & Dispositionibus paritio appromittitur, nonnullos occurentes casus aliquando cum certis his connexis circumstantiis combinari, & operationes suas secundum illas severiori trutina, metiri opportet. Huicce meæ digressioni ansam præbet, intermissa hactenus ad Parochiam *Felkensem* præsentati Canonici *Vincenti* ad subeundum examen comparitio, is namque Capellanum *Serenissimi Poloniarum Regis* agit, illius Missæ Sacrificio, *praelibatus Rex* quotidie interesse assuetus est, atque hinc reflexe ad alias, quæ circa eundem *Regem* attendendæ veniunt, circumstantias, prædictus Canonicus, modum pro hic & nunc, vix habet, ut se in prævium subeundi Examinis finem absentet, discreta igitur patientia interdum utendum esse amice declaro, ubi praesertim istiusmodi discretus agendi modus, alia ratione utilis esse, & Dominanti Religioni gratas sequelas procurare potest. Qualem porro rationem subeat *Iglovienſium* Acatholicorum sepultura, quam iidem in Hæreditariis sepulchris suis eo modo, prout paucis ab hinc annis factum fuisse perhibetur, erga X. Imperiales ad rationem Ecclesiæ Catholicæ persolutionem, pro ut & Cincturam Cœmeteriorum suorum sepibus, aut muro perficiendam sibi admitti petunt, ab *Illustrissima* et *Reverendissima Dominatione Vestra* plenius edoceri, ac super eo notanter proximius informari cupio, qualia nam illa hæreditaria Sepulchra sint, in quibus locis, & Romano Catholico Ecclesiis, uti suppono præexistant, ad quales in specie familias eadem Sepulchra pertinent, usque ad quale tempus supra fati Acatholici demortuos e sui gremio eo inhumari fecerint, a quo tempore extra usum istius Sepulturæ consistant, quid item, quoad Cœmeteria repetitorum Acatholicorum, quæ iidem sepibus, vel muro cingi facere volunt, subversetur, ubi eadem sita sunt, num a Romano Catholicorum Cœmeteriis multum dissita habeantur, & qualiter actu præexistant,. Scholis autem Trivialibus ad Grammaticam inclusive pro instruenda erudiendaque Acatholicorum in supra memoratis XIII. Oppidis degentium Iuventute deservientibus, has indebite impetere minus congrueret. Proinde adhæc curandum, ne Plebani, horumque Vicarii in exigenda ab Acatholicis stola, normam eatenus præscriptam, quovis demum modo excedant, minus vero hac de causa, atque fine, obtinendæ amplioris stolæ baptismum, copulam & Sepulturam differant.

E Quoad

Quoad disparis Religionis hominum Matrimonia, benignis equidem Normalibus Resolutionibus insistendum, ast una sollicite curandum erit, ne inanes difficultates in eiusmodi emergente casu moveantur, & per id fornicationibus, adulteriis, aliisque criminibus perpetrandis, ansa praebeatur. Ipsa demum mansvetudine ecclesiastica, quae cuilibet de Clero propria esse debet, opportunam quoad praemissa inviationem praebente; *Illustrissima* & *Reverendissima Dominatio Vestra* Plebanos & Vicarios Iurisdictioni suae subiectos, ab inconvenientibus aeque adversus dictos Acatholicos intentandis Comminationibus & imprecationibus arcere, eosdemque ad discrete agendum hortari, eatenusque sua etiam ex parte solerter invigilare velit.

Quod Supremum, ex certo Manifesto ex parte Cleri Scepusiensis in *Grod* ad *Nauzant* in Polonia publice, uti isthic relatum habetur, affixo existente, quandoquidem factum hoc ingratos perniciososque motus generasset, nisi his, tum per Remanifestationes, cum & aliis congruis viis ex parte praelibati *Comitis Brühl* obviatum exstitisset, hinc memoratum Manifestum in Originali mihi transmittere velit, *Illustrissima* & *Reverendissima Dominatio Vestra*, porro a simili procedendi modo pro futuro abstinendum esse, & Eandem satius tutiusque imposterum acturam, hisce officiose declaro, si operationes suas accipiendis a respectivis Instantiis suis eatenus inviationibus conformabit.

Actis denique praeteritis, & in praemissis quadantenus commemoratis iam nunc obliteratis existentibus, atque hac etiam de causa ab ulteriori praedeductorum pro & contra disquisitione supersedendo.

Haec, dum cum praescitu & benigno *Caesareo Regiae Maiestatis Suae assensu*, *Illustrissimae* ac *Reverendissimae Dominationi Vestrae* officiose perscribo, colendam, cum repetito *Barone Gartenberg*, ad eandem pro quovis occurrente casu pari modo, ac in aliis saecularem Iurisdictionem tangentibus, ad *Illustrissimum Comitatum Scepusiensem* directus iam habetur, per me inviato, reflexe ad praemissa bonam Cointelligentiam iterum iterumque amice suadeo, & distincto honoris cultu persisto.

Viennae 12. *Februarii* 1760.

Lit: H.

Literae Sacratissimae Caesareo Regiae Maiestatis *ad* Inclytum Locumtenentiale Consilium Hungarico Aulicum, *quibus differentiae*, *quas* Consistorium Scepusiense *cum* Illustrissimo *atque* Excellentissimo Capitaneo *& XIII. Oppidorum incolis*, *Augustanae Confessioni addictis*, *in causa Religionis habuit*, *componuntur.*

MARIA THERESIA.

R*Everendi &c.* Post interventam Pientissimae Memoriae *Serenissimae Poloniarum Reginae* mortem, tredecim Oppidorum Scepusiensium Capitaneatu ad *Spectabilem* & *Magnificum Henricum S. R. I. Comitem* de *Brühl*,

Brühl translato, ac dein diverſis querelis in Negotio Religionis, & quo ad varia Præiudicia Spirituali Iurisdictioni ex parte præfati eorundem Tredecim Oppidorum Poſſeſſoris, tum per Illius Negotiorum Geſtorem, *Petrum Nicolaum, Liberum Baronem de Gartenberg*, cum & alias prætenſive illata, per modernum Præpoſitum Scepuſienſem & Epiſcopum *Tininienſem, Ioſephum Carolum Zbiſko*, iteratis vicibus iſthuc perſcriptis, ac Nobis ſua via demiſſe relatis, ſed & ſucceſſive cum antelato *Barone* (ubi recte ſuper modo, quo iisdem querelis congrua medela adferri, atque pro futuro debite obviari poſſet, rei gravitate, id expoſcente, ſerio deliberatum fuiſſet;) iſthuc adveniente, de hoc ipso negotio multo ſermone habito, qualenam poſt factam ab Eodem, nomine præmemorati *Comitis Principalis ſui* Declarationem, quippe quod Syſtemati in materia Religionis in *Regno Noſtro Hungariæ* introducto, & ſtabilito ſemet quam exactiſſime accommodare, illudque in prædictis Tredecim Oppidis Scepuſienſibus inviolabiliter obſervandum procurare velit; & idcirco productas, & hic in copia adnexas Plenipotentiales Literas, Decretum nomine *Cancellariæ Noſtræ Regiæ Hungarico Aulicæ* ad eundem *Baronem de Gartenberg*, expeditum, prævie autem *idem Baro* fundamento præhabitarum Plenipotentialium, quales Reverſales de ſe dederit, ex annexis Copiis uberius percepturæ ſunt *Fidelitates Veſtrae*.

In horum porro conſequentiam, qualesnam Literas ad ſuprafatum Scepuſienſem Præpoſitum per *Cancellarium Noſtrum Regium Hungaricum Aulicum*, dein autem benignum Reſcriptum Regium erga ſupplicem recurſum Oppidanorum *Podolienſium* & *Lublovienſium*, nec non Poſſeſſionem ad Arcem *Lublyo* pertinentem, compaſcuationem, & Cæſum Lignationis in certo Terreno ſibi admitti petentium, ad Comitatus Scepuſienſis *Supremum Comitem* abhinc directe expediri fecerimus; annexæ Copiæ pluribus perhibent.

Quæ omnia *Fidelitatibus Veſtris* pro requiſita earundem quoque Notitia, & directione clementer hisce communicanda eſſe duximus.

Quibus taliter actis, nihil aliud profecto ſperari potuit, quam quod ſubſtrato Negotio modis placidioribus compoſito, omnia ad tranquillum ſtatum partibus in illis poſita iam habeantur. Interim ſuprafatus *Baro de Gartenberg*, iterato ad Nos humillime recurrendo, qualiter contra Reproteſtationem a Conſiſtorio Scepuſienſi in Negotio Religionis factam, et Officio *Sandecenſi* ad altiores inſtantias promovendum conſignatam ſenſibiliter queruletur, quidve hoc in paſſu per Nos ulterius clementer ordinari ſupplicet? ex demiſſa Eiusdem inſtantia una cum præattacto Reproteſtationis Inſtrumento, hicce copialiter advoluto, plenius informabuntur *Fidelitates Veſtrae.*

Siquidem autem præexpoſitum Reproteſtationis factum, vel ideo etiam, quod Negotio querelarum ad *Auguſtam Aulam Noſtram* iam ſemel delato exiſtente, utique ab elargienda ſuperinde benigna Reſolutione Noſtra antelato Præpoſito, Eiusdemque Conſiſtorio præſtolandum fuiſſet, non autem eiusmodi Scriptum, quod publicæ tranquillitati perniciosas & periculoſas ſequelas de facili poſt ſe trahere valeret, edere, & absque al-

 tiorum

tiorum instantiarum præscitu, in exteris signanter Provinciis in publicum vulgare, minime profecto probari potest.

Hinc *Fidelitatibus Vestris* penes omnium præmissorum Communicationem clementer committimus, & mandamus, quatenus primum quidem præexpositum inconsideratum omnino & audax sane factum supra-fato *Præposito Scepusiensi*, Eiusque Consistorio, severe improbare, dein autem Eisdem serio iniungere noverint, ut ab ulteriore in præacclusa Reprotestatione summe omnino inconsiderate facta contentorum ad motum perductione supersedeant, porro in futurum ab his & aliis similibus attentatis omnimode abstineant, verum si quid Gravaminis, & querelarum imposterum haberent, id sua via Nobis proponendo congruo remedio debite repræsentent, interea autem nihil innovando, a benigna de super impertienda Resolutione Nostra pacifice præstolari teneantur; una autem Eosdem serio monebunt, *Fidelitates Vestrae*, ut iis, quæ ipsi *Praeposito Scepusiensi* adhinc prævio modo perscripta sunt, quam exactissime morem gerant, & cum prænominato *Barone de Gartenberg*, ac etiam reliquis vicinis Poloniæ accolis, bonam harmoniam & cointelligentiam foveant, Status Publici Rationibus id ipsum summopere commendantibus.

Demum Comitatus quoque Scepusiensis *Supremum Comitem* ex superabundanti eo instruent *Fidelitates Vestræ*, ut ex parte etiam sibi clementer concrediti Comitatus, incolarum bona vicinitas & harmonia cum Poloniæ accolis foveatur, omnium illorum exactæ observationi & effectuationi, quæ in præacclusis acta, & per Nos etiam disposita sunt, summo studio invigilet, cum memorato etiam *Episcopo & Præposito*, quæ eatenus pro re nata agenda occurrent, debite pertractet, sicque omnia ea, quæ Statum publicum quadantenus perturbare possent, omni conatu adhibito sollicite præcaveantur. In reliquo *Fidelitatibus Vestris* Gratia &c Datum Viennæ die 17. Martii Anno Domini 1760.

Lit: I.

RESOLUTIO.

Sacratissimæ Cæsareæ Regiæque Maiestatis, Domini Domini Clementissimi, Augustanæ & Helveticæ Confessioni addictis, in Hungaria degentibus, die 2. Mensis Aprilis Anno 1691. Viennæ data & concessa, Anno vero 1701. iisdem, iterum gravamina sua proponentibus, denuo gratiose repetita.

SAcratissimae ac *Cæsareae Regiæque Maiestatis*, Domini Domini Nostri Clementissimi Nomine, Augustanæ & Helveticæ Confessionis ad Augustissimam Aulam cum gravaminibus, pro eorundem complanatione Ablegatis, Plenipotentiariis & Agentibus hisce significandum.

Alte memoratam *Suam Maiestatem Sacratissimam*, Gravamina Hæreditarii sui Regni Hungariæ Augustanæ & Helveticæ Confessioni addictorum fidelium subditorum suorum, circa turbationes, aliasque molestias, ipsis in Religionis exercitio, contra Articulorum Diætalium tum *Soproniensium*, de Anno Domini 1681. tum *Posoniensium*, de Anno 1687. crebrius, instanterque delatas, prouti alia etiam, quae ad Religionem spectare videban-

3tium.

IN Oratoriis Diſſidentium priſtinis temporibus, cultus divinus erat privatus, & tantum pro incolis loci, illique, qui contra agebant, pecunia mulctabantur. Nunc vero cultus eſt publicus, multi enim Hungariæ Incolæ huic religioni addicti, eum frequentant. Oratoria quoque *Durandi Villæ* & *Varalli* recens exſtructa, Eccleſiis publicis ſunt ſimiliora, quam Oratoriis privatis, conſueto enim ſunt maiora, multisque feneſtris inſtructa.

Prioribus temporibus hæc Oratoria ſimplicibus tantum domiciliis vel horreis erant ſimilia, nunc vero parum differunt ab eccleſiis Catholicorum, inueniuntur quoque ibi organa & ambones.

puſienſis Adminiſtratore non fuiſſe confirmatum, ſed huius denegationis cauſam quoque non ignoramus.

Poſtquam vero *Jlluſtriſſimus* atque *Excellentisſimus Dominus Comes in Ociesƶno Brühl* huncce Capitaneatum obtinuerat, iudices cæterique magiſtratus dictum modo *Jony* libera electione ad Comitis dignitatem denuo unanimiter elegerunt, cui quoque *Jlluſtrisſimus* & *Excellentisſimus Dominus Capitaneus*, tanquam viro ore omnium digniſſimo, nobili genere orto, multis in Patriam meritis claro, rerumque Patriæ peritiſſimo, ſuam confirmationem denegare haud potuit.

Ad *3tium.*

CUltus Divinus Diſſidentium minime publice agitur, ſed eo tantum modo, qui antea fuit in uſu, variisque mandatis, hunc in finem publicatis, conceſſus.(*a*)

Prohibere tamen minime poſſumus, quominus peregrini in XIII. Oppida commercii cauſa venientes, Sacris interſint noſtris, & *Jlluſtriſſimi* & *Reverendiſsimi Epiſcopi* eſt impedire, ſi aliter poſſit & velit, ne Diſſidentes ſuæ Diœceſis ex Hungaria dictorum oppidorum Oratoria frequentent.

Jſta vero, quæ *Durandi Villæ* & *Varallii* recens ſunt exſtructa, minimè ab aliis ædificiis differunt, ſunt enim, ſicut omnia Diſſidentium in Capitaneatu Scepuſienſi Oratoria, ex ligno tantum extructa, & quod ad feneſtras attinet, quis Chriſtianis in privato eorum cultu divino, lucem denegare vellet, cum eius uſus & ipſis Judæis ubique conceditur. Oratoria quoque iſta nunquam Catholicorum Eccleſiis comparari poſſunt, vel eis vnquam adæquabunt, nimis enim ſevere Diſſidentibus dictorum XIII. Oppidorum eſt interdictum, ne eorum Oratoria aliam, quam ſimpliciſſimis domiciliis ſimilem habeant for-

(*a*) Vid. Docum. L. B. D. E. art. XXVII. §. 21. & G. H. I.

B

4tum.

ANtiquis temporibus in singulis XIII. his Oppidis tantum Collegium Romano Catholicum, pro instruenda iuventute, exstabat, & Protestantes erant coacti, infantes suos illuc mittere, qui in eis non tantum Catechismi explicationem, sed & sermones, audire erant consveti. Nunc vero hi, magno orthodoxæ fidei detrimento, Scholas sibi exstruunt, & CollegiorumCatholicorumRectores, qui magnam vitæ sustentationis partem, a Dissidentibus, pro instructione iuventutis, accipiebant, ad incitas sunt redacti, scholæque eorum stant desertæ.

formam, suggestus vero pro Ministris ex usu antiquo eis fuerunt concessi.

Nulla tamen ibi visuntur organa, nullæ exstant campanæ, nullæque turres, & si Consistorium Scepusiense quodam in loco, vel organa, aut campanas turresve inuenerit, delatione debite facta, statim auferri fiscoque addici debent.

Ad 4tum.

SI prioribus iam temporibus in tredecim Capitaneatus Scepusiensis Oppidis, Scholæ Dissidentium fuerunt, illæ quoque nostro tempore ibi esse possunt, nec *Illustrissimus* & *Excellentissimus Dominus Capitaneus* iussit, ut novæ ibi exstruantur, licet ratio Status iam diu hoc exegisset.

Divinare quoque non possumus, cur tam laudabilis fidei Sanctæ zelus *Illustrissimum atque Reverendissimum Dominum Episcopum* ZBISKO, non eo deducit, ut vetet, quo minus Dissidentes in tribus Hungariæ Oppidis, *Cassoviæ* nimirum, *Kesmarkii* & *Leutschoviæ* habeant Scholas, quas magnus, sæpe fatorum XIII. Oppidorum Capitaneatus Scepusiensis, infantum numerus, frequentat, forsitan est causa, quia pecunia, quam dictorum Oppidorum incolæ, pro instructione solvunt, in Hungaria manet, quæ contra, in his XIII. Oppidis maneret, si secundum libertatem eis gratiose concessam, (*a*) Scholæ ibi haberentur publicæ, & *Illustrissimus* et *Reverendissimus Dominus Episcopus* ZBISKO, recordari deberet, sibi a *Sacratissima Cæsarea Regia Maiestate* nuperrimè serio fuisse interdictum, (*b*) ne Scholarum fundationes Dissidentium in XIII. Oppidis Capitaneatus Scepusiensis amplius impediat.

A *Serenissima quoque Poloniæ Regina* duobus Rescriptis *Varsaviæ* 4. Decembris 1753. et *Dresdae* 22. Septembris 1753 datis, linguâque Germanicâ conscriptis, Administratori

Magni-

(*a*) Vid. Document. Lit. B.
(*b*) Vid. Docum. Lit. F.

5tum.

IN causis, quæ Jurisdictionis sunt Ecclesiasticæ, sicut est ista, quæ supradictos Sacerdotes percussos & incarceratos attinet, Dissidentes a Consistorio citati, comparere recusant, pro ratione allegantes, hoc eis ab *Illustrissimo* atque *Excellentissimo Capitaneo* esse interdictum.

6tum.

PRata, oppidi *Strazen* sunt Ecclesiæ dos, & ad dictam Ecclesiam, longo iam ab hinc tempore, pertinent. Hoc tamen non obstante, Capitaneatus Scepusiensis ea sibi attribuere quærit, & hoc vi brachii militaris, adhibendo præsidium Castelli *Lubloviensis.*

Magnifico *Moszczenski* fuit iniunctum, ut Acatholicorum Scholis indulgeret.

Ad *5tum.*

Illustrissimus atque *Excellentissimus Dominus Capitaneus* XIII. Oppidorum incolas nunquam impedivit, quo minus in causis ad iudicium Spirituale spectantibus, ante Consistorium Scepusiense compareant. Alia vero est quæstio, vtrum dicti incolæ ad hoc sint obligati, quando idem hocce Consistorium XIII. Oppidorum Dissidentes tantum vexat, Sacerdotis titulum vagabundis, hinc & inde currentibus, imponit, & an incolæ tunc demum ibi comparere debeant, quando dicti modo vagabundi iam clam e carcere fuerunt dimissi, & quando loco iustæ satisfactionis, iudici Beelensi debite reddendæ, ille ipse, nomine Consistorii in ius vocatur, quia impedivit, ne hi vagabundi uxorem filiamque gravidam verberibus trucidarent. Fac autem, præfatum iudicem aliqua in re, contra istos sic dictos Sacerdotes peccasse, cur ergo Consistorium suas non instituit querelas, coram iudicio competenti? quod si ibi quæsitam satisfactionem non invenisset, tunc *Illustrissimum* atque *Excellentissimum Dominum Capitaneum* adire potuisset, qui pro animi sui æquitate suoque erga iustitiam amore, quem omnes eius actiones probant, eam illi certe non denegasset.

Ad *6tum.*

DIcta prata, nunquam pro Ecclesiæ dote fuerunt recognita. Luculenter enim patet, ea antiquissimis iam temporibus pro vsu communi incolarum dicti oppidi *Strazen* fuisse destinata. Hanc ob causam singulæ quoque dicti oppidi domus, singulis annis pro Ecclesiæ sustentatione, certam solvunt summam, & prata ista, nec vendi, nec ullo alio modo, nisi hoc onere retento, alienari possunt. Quia vero Scepusiense

Consistorium, dicta prata sub dotis specie, iam diu sibi attribuere voluit, oppidum erat coactum, refugium suum sumere ad *Serenissimam Poloniae Reginam*, quæ illud quoque, iuribus suis deductis, in possessione confirmavit, hac adiecta conditione, ut antiquam summam duplicem solveret. Nihilo secius tamen, Consistorium Scepusiense, dictorum pratorum possessionem & postea sibi arrogare studuit, & licet incolæ summam, a *Serenissima Poloniae Regina* impositam, adhuc duplicarent, eis tamen licitum non erat, foenum dictis in pratis, tranquille secare, & colligere. Iusto dolore igitur ducti, Capitaneatus Scepusiensis assistentiam implorabant, qui eis, pro eorum securitate, milites tres de Castelli *Lublovienſis* præsidio assignavit.

Hæc omnia, non tantum ex Actis sed ex ulteriori quoque investigatione probari possunt.

DOCUMENTA

Lit: A.

Rescriptum Principis LUBOMIRSKI, *Supremi Regni Mareschalci, Scepusiensis Capitanei, ad XIII. dicti Capitaneatûs Oppida, vigore cuius omnibus tam Magistratibus, quam Populo, incolis & advenis, Religionis libertatem permittit, simulque poenas & Scripta in materia Religionis ex Cancellaria sua edita, irrita & invalida declarat.*

STANISLAUS HERACLIUS *Sacri Romani Imperii Princeps, Comes in* Wisnicz & Jarosław, LUBOMIRSKI, *Supremus Regni Poloniae Mareschalcus, primusque Status Minister, ac Scepusiensium Capitaneus.*

UNiversis & singulis, quorum interest, notum facimus, præcipue vero *Illustri & Magnifico Domino Vice-Capitaneo* & Nostro Locumtenenti, nec non Nobili ac circumspecto Comiti, & prudentibus Iudicibus totique Communitati XIII. Oppidorum Scepusiensium. Non defuisse quidquam pii zeli & laboris ex parte Nostra, vt, sicut *Serenissimus ac Potentissimus*, Hungariæ REX AVGVSTISSIMVS, *&c.* in Regno suo ad pristinam Religionis Catholicæ unionem animos Populi revocare constituerat, Ita, ne & nos quoque in XIII. Oppidis nostris, Regni Poloniæ subditis, a tam bono opere alieni videremur, ad id omnem operam studiumque converteramus, ut subditos Nostros ad recapessendam etiam orthodoxæ fidei veritatem, quam maiores eius a sæculo coluerunt, magis potenti Paternæ charitatis imperio, quam vi aliqua aut innatæ Religionis (quod absit) odio compelleremus. Verum in eo promovendo

videbantur, Puncta eorumque circumstantias, rite, matureque pensitasse, considerasse; ac ita benigne resolvisse; Nimirum: siquidem vniversi præfatæ Augustanæ & Helveticae Confessioni addicti querulantes, praecitatis Articulis inhærentes, eorundem effectuationem, una cum Catholicis Articulari Commissione mediante, genuino præfatorum Articulorum sensu fiendam adursissent; eiusmodi autem Commissio actu etiam iam peracta esset, eidemque præsertim in cis Danubianis ac trans-Danubianis etiam Partibus, & Districtibus, utraque pars acquievisset; Nihilominus aliqu contra sensum ipsorum Articulorum per dictos Commissarios facta, a qua nondum effectuata, alia denique ex post, per abusum quorumvis ab utraque parte, propria authoritate introducta fuisse, exponeretur; Ideo de præsenti etiam, Eadem *Sua Cæsarea & Regia Maiestas* Eorundem articulorum benigna Reflexione habita, propter bonum pacis, internamque Regni tranquillitatem, in eo, ubi publico Exercitio se prorsus destitutos iidem Querulantes lamentarentur, ibi sua *Sacratissima Maiestas* ulterius Articulari determinationi ita standum esse censuit; ut videlicet incolis articulariter pro libero publico Exercitio expresse denominatis; liberum eiusmodi publicum Religionis Exercitium iisdem Querulantibus addmittatur; Ita tamen, ne debitos limites excedere, & ad Loca articulariter omissa excurrere præsumant; secure tamen plebs talium Locorum Templa in eiusmodi articularibus locis assignata, frequentare, Ministros suos accedere, publiceque Exercitio suo ibidem uti possit ac valeat. In quibus Locis veluti articulariter pro Exercitio eorundem expressis, Parochi Catholicorum ex Æratio Communi, ad quod ipsi Querulantes contribunnt non interteneantur; imo ibidem Xenodochiis, Sepulturis, Campanis pro communi usu destinatis, cum præscitu Parochi & Æditui, uti, fruique permittantur; neque ad amplectendam Fidem Catholicam ubicunque per totum Regnum cogantur, attamen Ferias & Festivitates Catholicorum, quoad publicum, & forum externum observare teneantur, & id tanto magis Opifices seu Mechanici, in quorum Privilegiis id ipsum per expressum inseri assolet; Ideoque, si placet in reliquo gaudere eiusmodi Privilegiis, præscriptæ quoque conditionis onus subire tanto minus displicere debet. De reliquo, Ministri Augustanæ & Helveticæ Confessioni addicti, ab omnibus actibus Parochialibus, uti est: Baptizare, copulare, sepelire, & similibus tanquam ad Exercitium publicum spectantibus, in Locis, ubi articulariter iisdem concessum non est, omnino supersedeant, neque eo excurrant; siquidem Plebi in eiusmodi locis degenti liberum esset, eosdem Ministros, & templa in locis articularibus habita accedere, seseque ibidem baptizari, copulari, sepeliri curare, & alias devotiones facere, Proventus tamen stolaribus Parocho loci Catholico prævie depositis. Quibus Decimas etiam in toto Hungariæ Regno, a Sanctissimis Regibus DEO & Ecclesiæ Catholicæ Ministris duntaxat ordinatas; præstare sunt obligati, præter Decimas, si quas forsitan ipsi, aut suæ Religionis Prædecessores a Terris & vineis suis propriis nobilitaribus, & Decimis Regalibus minus antea subiectis, sponte & libera voluntate, pro intertentione suorum olim Ministrorum deputassent.

Quo

Quo vero ad Generalia puncta, quæ universi Augustanæ & Helveticæ Confessionis sequaces, diversimode interpretari videntur, & cum Faculate in Arcibus, Castellis, Curiisque nobilitaribus Capellas et Oratoria erigendi, in quovis tali loco Prædicantes intertenendi Authoritatem se habere, præterea vigore articularis Clausulæ (salvo iure Dominorum Terrestrium) de subiectione solum modo *Iobagionali*, iureque servitutis Corporalis intelligi, non vero ad Conscientias trahi debere putarent: ea taliter intelligenda esse, Altefata *Sua Maiestas Sacratissima* declaravit, & quidem quod primum, Facultatem erigendi Capellas & Oratoria, pro privatis duntaxat inibi habendis precibus & sepulturis concessam, & in illis cum Familia sua, prout & in Locis articulariter omissis, cuivis in Domo sua orare, Postillas legere, nullatenus tamen alios Vicinos, vel proprios subditos, tanto minus Prædicantes eo, tanquam ad privatum duntaxat suæ Domus, aut Residentiæ orationis locum admittere integrum esse, aut licere. Non secus, quoad secundum & quidem prædictæ clausulæ (salvo iure Dominorum Terrestrium) non obstante præmissa ipsorum Querulantium ratione, veluti in articulis expressæ omnino standum esse, & consequenter ipsos Querulantes eidem se submittere debere ; siquidem omnis clausula Legalis in eo sumenda censeretur sensu, quo debitum suum sortiri quiret effectum, in sensu autem eorundem Querulantium effectu prosus destitueretur; Nam ius Dominii Terrestris in subditos, quoad servitutem Corporalem, aliaque quæcunque temporanea qualitercunque mutato Religionis statu, absque hoc salvum & immutabile semper manet; præsertim, cum hoc ipso clausulæ ipsius sensu, ipsi quoque Augustanae et Helveticae Confessionis sequaces, olim, pluralitate et potentia Dominorum Terrestrium praepollentes, in eiusmodi effectum antea usi fuissent, adeoque, quod semel iisdem placuit, ac pro iusto et aequo positiva lege agnitum, recognitumque fuisset, id modo displicere, aut Catholicis iniquum reputari minime posset.

Ad quorum omnium debito modo fiendam executionem, rectificationem, et accomodationem, quam primum certos deputandos fore Commissarios, coram quibus particularia quaecunque alia gravamina, iidem querulantes in facie loci, et parte altera praesente perducere poterunt; iuxta rei aequitatem, resolutionemque hanc ipsis intimatam, Postulatorum suorum effectum praestolaturi. Quibus de caetero Eadem *Sacratissima Maiestas Cæsarea & Regia*, gratia Sua propensa semper permanet.

Erratum litera A in titulo
Cum responsis ad Pacta lege: *ad Puncta.*